

## Band II., Nr. 382, Seite 146-147

*Bischof Hermann von Konstanz bestätigt die Rechte und Freiheiten der dem Kloster St. Georgen gehörigen Kirche zu Gönningen.*

Ohne Ortsangabe, 1163.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Hermannus, dei gratia Constantiensis ecclesiae episcopus, notum facimus omnibus episcopatus nostri fidelibus tam praesentibus quam subsequens, quod ecclesia in Gunningen<sup>1</sup>, quae est propria monasterii sancti Georgii in Nigra Silva, ex antiquo iure nulli alii ecclesiae subiecta est, sed per se baptismum, sepulturas, decimas, celebrationes divinas et ecclesiastica iura debet habere. Sacerdos nullus, nisi quem abbas et fratres sancti Georgii voluerint, et legitime investiverint, ius aliquod in ea habere poterit. Attamen vocatione illarum partium archidiaconi cum subditis suis in ecclesiam Seitingin venire, et iudicio ecclesiastico coram eo parere debet. Quoniam autem minores ecclesias maioribus vicinas saepe contingit iniustis subiectionibus gravari, haec quae dicta sunt, veraci relatione nobis comperta, rogatu praedicti abbatis et fratrum eius, consensu etiam praepositi et canonicorum chori nostri, hac charta testamentaria<sup>a</sup> inscribi, et sigilli nostri impressione nec non sigillo maioris ecclesiae pro vitando postmodum errore corroborari fecimus. Ab hac ergo die in reliquum tempus praefatae ecclesiae iura libertatis, quae diximus, ex nomine et auctoritate dei omnipotentis et sanctae dei genitricis, sancti loci, et omnium sanctorum, et ex officio nostro banni nostri adiectione confirmamus. Facta est haec confirmatio anno domini MCLXIII., indictione XII.<sup>2</sup>

---

Nach TRUDBERT NEUGART (HRSG.) : Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis, 2 Bde., Ulm 1791-95, Bd. 2, Nr. 872, S. 98. <br> <br> Die Urkunde befindet sich im Original weder im Stuttgarter noch im Karlsruher Archiv. Eine Abschrift hat sich jedoch in der *Historia foundationis* des Klosters St. Georgen aus dem 17. Jahrhundert erhalten, einer Handschrift des GLA Karlsruhe, beschrieben in Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 9, S. 193.

<sup>a</sup>Die im allgemeinen nicht sehr korrekte *Historia foundationis* des Klosters St. Georgen im GLA Karlsruhe liest stattdessen *testimoniaria*.

<sup>1</sup>Gunningen, Gunningen, TUT, nicht Gönningen, Reutlingen, RT.

<sup>2</sup>Die zwölfte Indiktion begann mit 1163 Sept. 24.

## Überlieferung und Publikationen

### Überlieferung und Textkritik:

beglaubigte Abschr., Villingen 1805 Mai 18: StA Ludwigsburg, B 38a Bü 119, Unterfasz. C; eine Abschrift der Urkunde im GLA Karlsruhe, Handschrift Historia foundationis des Kl. St. Georgen, fol. 154, vgl. WUB, Bd. IV, S. 482

### Editionen:

Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 2, Nr. 872, S. 98.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

### Ortsindex:

Gunningen Wohnplatz (14079)<br> Gunningen, TUT<br> Gönningen Wohnplatz (15973)<br> Gönningen, Reutlingen, RT<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Seitingen Wohnplatz (14212)<br> Seitingen, Seitingen-Oberflacht, TUT<br> St. Georgen im Schwarzwald Wohnplatz (13402)<br> St. Georgen im Schwarzwald, VS